me malis Christi beneficio defunctum gaudeo
et quod in die tribulationis tam benignus mihi
occurrerit, quantas ejus clementiae possum maxi-
mas gratias ago. In scholis illa jam libertatem
doctrinae et gubernationis mirifice nobiscum
fecit et instaurandi quae disjecta sunt (quod qui-
dem ad meam orationem attinet) bonam spem
ostendit. Nihil est nunc in orbe Christiano
Ecclesia vestra florentius aut illustrius. Domi-
nus illud piorum exulum sanctissimum perfu-
gium extento brachio mirifice defendat
et benedictionibus compleat. Fiat. Vale vir
ornatissime. Rostochii die 5 (?) Septembris
1567. Meo nomine salutem precor amicis Datheno,
Bockio & Micio (?).

Johannes Molanus.

113) Josto Laurens Antverpiae

Pax Christi.

Saepe audivi, juste Laurens, et periculum feci,
bona nomina non appellando mala fieri, sed
tamen impetrare a me non potui, ut hanc servarem
modestiam. Nequid unquam in eos debito-
res facerem nimis verecundus (?), quorum mihi
[=Mscr. a. 7: Nr. 169]
fides et integritas satis perspecta esset. Fa-
ciunt scilicet illi quod aequum, bonumque est, vel
si nunquam moneantur. Quid igitur? Quum
ad Calendas Octobr. argentum promisisses,
nec de tua fide et benevolentia videbar
diffidere, ut tibi saepius de eadem re molestiae
memorem, aut crebrius appellare, fit num (?)
ut me redegit mea creditoris intempestiva
verecundia, imo huc adegit me innumeran-
da debitorum tergiversatio, ut neque mi-
hi expediat tueri veterem modesti-
am, neque justum sit tam bona, tamque bene
sita nomina corrumpere longiore
dissimulatione. Non ignoras (ut opinor)
quo nunc loco sim, saeviente graviori [illegible]
tentia quum nobis Bremae et schola
dissipata

dissipata esset, et familia, paucis comitatus de Ao 1567.
[illegible] Duisburgum ad soceros secessi. Hic
ego magno rei dispendio, jam ferme huc septi-
mum mensem haereo. Libri, vasa, vestes, pecus,
omnia Bremae relicta sunt, plane ut videar praeter
casum (ut aiunt) fugisse. Bremenses, et qui fuerunt fi-
nitimi, quorum filios [illegible] quo me faci-
lius retrahant nihil subsidii mittunt. Mea sors
(quae fere sors est eorum qui publicis studiis servi-
unt) inops atque [illegible] est lex, atque ego. Tu interea
patrone, pro tuis liberis et alendis et quam optime
instituendis meas fortunas fideliter impendi
non hoc retulistis tandem aliquando ut sentirem
bene agendo remuneres, gratoque tam amabile benefi-
cium, tam candide collocatum esse? et quidem tu
fuisse potissimum, cujus et filium Philippum
praeter caeteros egregie [illegible] alui, et legitimi
expensi retributionem ultra annum tertium ex-
traxisti. Tantumne pecuniarum praeter usus
necessarios putas esse exuli et fugitivo? ubi di-
vitis viri liberos vestiit ac nutriit, detrimenti
omnium gratis? Habeat ipse et ipsa secum relata
fuissent. Mature tamen remetiri decebat gratitudinem
cum [illegible]: nunquam [illegible] qui dedit et re-
didisti contra [illegible] qui accepisti [illegible]: Non
video quid opus sit verbis apud tam fratrem quem con-
stat non minus justitiae et aequitatis quam pietatis
cupidum esse. Numquid tandem vobis futu-
rum est? qui praeter operam pro pecunia nullum
testimonium habemus (siquidem tam angusti animi
vos estis, homines copiosi et locupletes, ut nisi fe-
rias appellatis [illegible]
[illegible]. Quare inquit (obsecro te) a filio
tuo [illegible] numquid ii[illegible] detraxerim? aut
industriae? aut honestae eruditioni? Tum autem
in morbis, in curatione invalidi corporis, in oculi
periculo quam multa consumpserim! quam multos
sollicitos habuerim! quorum ne minor ullam unquam
[illegible] decesit solatii gratia. Miseram
profecto sortem nostram, si tamen istac animo nobi-
[illegible] pignora vobis committuntur. Attamen
dices. Cras redi, cras dabitur. Non est facile dictu quanti

mea interest, quantumque mihi damni afferat tam prolixa
ampliatio in tanta rerum angustia, in tam iusta tamque
expectata non vulgaris debiti persolutione. Sed quid
multis moror? commone fecit te per filium, rogo vel
per literas Rhetium, postremo extremum amicum commune
non speramus. Omnia haec [illegible] effugere
credo Molani absentis querimoniam te movere teque
flectet, ubi quod et te dignum erit et mea fides prome-
ruit dictum ac factum exequeris, praesertim si meas
iam saepius exulis necessitates expendas cum [illegible]
amicitiae nostrae legitima recordatione. Vale cum
cara coniuge et [illegible] et mi-
hi in primis dilecto. Duisburgi [illegible] Januarii
1567. Miror non rescriptum mihi quid velles fie-
ri de farcinulis Philippi.

Joannes Molanus.

114) M. Petro Dateno, in Hollandia

Pax Christi

[= Mscr. a. 7: Nr. 170]

Soror haec vestra Barbara me submonuit, quod e-
go libenter arripui, ut ad M. Petrum Datenum
literas darem. Sic tamen ingentes occupationes,
neque habeo quod scribam praeter quaedam vulgaria.
Nihilominus tamen fuit affectui tam bene de nove
[illegible] sorores, tamque tui amantes. Gloriabar apud
multos fratres incredibile quoddam gaudium sedere
in animo meo ex ista tam insperata purioris doctri-
nae restitutione, in qua quum te fratrem venerando
praecipuam ac prorsus heroicam operam patriae
nostrae impenderis, et quotidie tam fideliter im-
pendas: debeo ob tantum ac tam immortale beneficium
prosequi quanta possum maxima gratiarum signi-
ficatione. Certe nullum praetermitto diem quo non
ob oculos mihi ponam vestra pericula, studium, sol-
licitudinem pro salute ecclesiarum et pro regno Chri-
sti. Itaque cum meis familiaribus quotidie saepius in ge-
nua procidens pro nactis rebus gratias ago
Deo patri Jesu Christi, et eidem vestros, bonae
denique Evangelii fautores, animos, vestros conatus
vestra consilia, et actiones omni humilitate offi-
cio commendo. Scilicet ut adeptos exitus pro-
vehantur, quae sunt optimis auspiciis incepta, et vos
fideles operarii ex perniciosis ab importunis et fu-